



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 8. Sessio VI. Concilii Florentini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. *tamen venire, oportuit Magnificentiam vestram arma vestra vobiscum adducere, non in certamine ipsa expectare.* Hæc nobis relata reliquit S. Antoninus, qui hisce disputationibus ipsum sese interfuisse testatur.

S. Antonin.  
tit. 22. c. 11.

## §. VII.

*Sessio quinta Synodi Florentinae.*

Labbe Conc.  
tom. 13. p.  
303.

Sessione proxima, quæ erat quinta, decima mensis Martii feria celebrata, rursus de testimonio S. Basilii agebatur. Marco disputationem auctori Joannes confestim solido responso occurrit, pluribus itidem confirmans, quæ in præcedenti Sessione dixisset, ac idem demonstrans, hanc esse mentem S. Basilii, & sententiam verissimam, quod Spiritus sanctus æque a Filio ac Patre procedat, in cujus argumentum unum de ejus libris produxit, in quo S. Basilii in homilia de Spiritu sancto Latinorum sententiam diserte tradidit. Disceptatio hæc usque adeo protracta est, ut Imperator eam tandem absolvi petierit, eoquod Græcis respondendi tempus haud amplius suppeteret. Quocirca dimissa Synodo decretum est, ut Sabbato convenirent.

## §. VIII.

*Sessio sexta Concilii Florentini.*

Ergo die Sabbati decima quarta Martii



convenientes Sessionem sextam habuerunt, atque eandem S. Basilii auctoritatem denuo ad examen vocarunt. Ibi Joannes Marcum adversarium suum tanto argumentorum pondere in arctum coegit, ut illum prorsus elinguem reddiderit. Marco Ephesino obmutescente Imperator verba fecit dicens: *De re proposita necesse est dubitare; hoc autem forsitan opportuno tempore agitabitur.* Nec tamen disputationi finem imponebant, sed Joannes ex libris S. Basilii contra Eunomium, aliisque pluribus locis ex eodem S. Patre doctrinam fidei asserere, animo invicto perrexit.

## §. IX.

*Sessio septima Florentini Concilii.*

Idem quoque disceptationis argumentum totam tenuit sessionem septimam feria tertia die decima septima mensis Martii celebratam. Græci desperatæ suæ causæ remedium quaquaversus quærebant, tandem in quadam S. Maximi Epistola opem sese invenisse arbitrabantur. Hanc ad calcem hujus Sessionis in actis Græcis relatum reperire est, in qua Sanctus ille affirmat, Latinos, dum Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere docent, nequaquam asserere, *Filium esse causam Spiritus, unam quippe norunt causam Filii ac Spiriti-*

sæcul. XV.

A. C. 1439

*Ibid. p. 323.**Ibid. p. 347.*